



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sententia vij. Ephes. ij. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam  
charitatem suam. lxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

## SENTENTIA VII. Ephes. 2.

Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiviscauit nos in Christo; cuius gratia estis saluati: & conresuscitauit & confidere fecit in cœlestibus.

## PARACLESIS.

## CAPUT

LXXV.

Ambros. in  
Epist. ad  
Ephesios.  
Psal. 129.  
Ioel. 2.  
Rom. 10.

Esa. 65.

**N**on dicit Apostolus: Deus qui misericors est, sed qui diunes est in misericordia: ut commendet in comprehensibilem Dei misericordiam, de qua propheta David ait: *Apud Dominum misericordia, & copia apud eum redemptio.* Et in Epistola ad Romanos ex Ioële dicitur: *Idem Dominus omnium, diunes in omnes, qui inuocant illum.* Omnis enim quicunque inuocauit nomen Domini, saluus erit. Ha vero diuitiae sunt misericordiarum, ut non querentibus ultro misericordia præstaretur. Sicut dicit Esaias: *Palam factus sum non querentibus me.* Hoc est enim abundare misericordia, ut et non postulantibus tribuatur. Hec tamen charitas Dei est erga nos, ut quia fecit nos, nolit perire nos. Diligit enim opus suum. Ideo enim fecit, ut amaret quod fecit: nemo enim labore suum odio habet. Ac propterea, cum alienati mortui eramus, gratia sua renouauit nos, & vinificauit in Christo. Quia enim per ipsum nos fecit, iterum per ipsum reformatum nos in ipso: nimirum et membra eius sumus, ipse autem caput nostrum. Ipsum enim habemus, Deo præstante, autorem vita nostra: cuius gratia saluati sumus.

CONSOL.